

EPISTOLA

Postulas Augustanam primam Confessionem restitui, nullâ factâ E M E N D A T I O N E, unâ cum ipsius Apologia. An non in ipsa Apologia μετὰ βολήν, hoc est, Transubstantiatio panis conceditur? Et tùm adhuc elevatio Sacramenti Witebergæ recepta erat, cùm Apologia scriberetur. Et pag. 146. An non rursus Impanatio quaritur, dum Apologia Anni 31. reposeitur? an non Elevatio & δευλαγία in excelsis, & in sacrariis, & pompis veneratio extra usum institutum?

Neostadienses in Admonitione sua, nominant Confessionem hanc nostram Formulam tumultuariè collectam: quippe in festinatione & temporis angustia, in diversorio, & in metu maximo, jejune, ambigue & meticulose scriptam.

Ecquis verò tam bardus, tamq̃ ab omni ratione alienus, unquam esse queat, qui affirmare ausit, Calvinianos pro illius Confessionis sociis esse habendos: cuius doctrinam tanquam impiam palàm rejecerunt, & atrocissimorum criminum:

num;